



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 78. Chios, seu Scio Insula a Turcis occupata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul XV) illi fidei rudimentis imbui, ac Catho-  
 A.C. 1566. chumeni enutrirı possent.

§. LXXVIII.

*Chios, seu Scio Insula a Turcis occupata.*

*Chalcond.  
 hist des Tu-  
 res tom. 1.  
 l. 14. p 66.  
 Thu. l. 39.  
 Bosius hist.  
 Jerosol.  
 l. 36.*

Die decima quarta Aprilis Turcæ Chios insulam occuparunt, quæ ab anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo sexto sub Genuensium ditione erat: equidem victores nonnisi præcipuam deprædabantur Ecclesiam Deo sacratam sub invocatione Sancti Petri, imo cuilibet vitæ gratiam fecerunt, eoquod nullus eorum furori resisteret, multas tamen alias impietates perpetrabant, ac præprimis cum Templum Divi Petri spoliarent, Turcarum quidam *ciborium*, ut vocant, in quo plures SS. Hostiæ reconditæ erant, profanis manibus contrectabat, & Præsulem loci rogabat, num hic Christianorum Deus, & illa suæ fidei mysteria essent, id cum Episcopus affirmaret, mox Turca ciborium in terram cum summo furore projicit, ad quam impietatem præsul incredibili dolore percussus, statim flexis genibus projecta colligebat, inquires: me prius, oro interfice, quam hæc SS. Mysteria pedibus conculcari videam, unde commotus est vehementi Præsulis affectu barbarus,

barus, & ultro ab injuria abstinuit, eo-  
 que abeunte Sacerdos flexis genibus  
 minimas etiam particulas, quas reperi-  
 re poterat, sedulo collegit: Ecclesia ve-  
 ro Divi Petri penitus fuit diruta, nec  
 non cetera omnia templa solo æquata  
 fuere, excepta Sancti Dominici Eccle-  
 sia, quam Turcæ suis ritibus initiaban-  
 tur: insuper abrogato Chienfi Senatu om-  
 nem auctoritatem in quemdam Judi-  
 cem Turcicum transferebant, ac post-  
 ea ex Justiniani familia unum, aliosque  
 viginti pueros, circiter decennes ex a-  
 lacrioribus, & magis vividis Constan-  
 tinopolim abduxerunt, atque inter So-  
 limanni ephebos enutriendos retinue-  
 runt, & vi circumciderunt, nullus tamen  
 eorum in tenera illa ætate induci po-  
 tuit ad fidem abnegandam: unde vir-  
 gis dirissime cæsi, pene omnes tormen-  
 torum vi interierunt. Denique ipsius  
 Præsidis, ac duodecim Senatorum fa-  
 miliæ cum aliis primariis Constantino-  
 polim quinque navigiis mittebantur &  
 inde in varias regiones deportabantur.

Sæcul. XVI.  
 A. C. 1566.

§. LXXIX.

*Comitia a Cæsare Augustæ  
 celebrata.*

Imperator hisce Turcarum progressi-  
 bus perterritus die vigesima sexta  
 Martii ordinum Imperii comitia Augu-  
 stæ

*Thu. l. c.  
 Heiff. hist. de  
 l'Emp. t. 1. p.  
 416. & suiv.*